UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 1. Bohæmia seu Boiohæmia, la prouince de Boheme.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

Visual Library

raciſſima, in eáque nihil ad vitam deeſt præter Sal ex Bauariâ huc conuehendum. Viri omnes pugnaces ſunt, & hîc olim etiam virgines militabant. In Auſtriacam Domum hoc tandem regnum deuolutum eſt, contranitente fruſtra Principe Palatino, qui omni ditione ſuâ ſpoliatus eſt, cùm tantùm ad Pragam ſemel victus eſſet. Porrò hoc regnum conficitur ex Bohæmiâ, Morauia, Sileſia, Luſatia.

Moravia à Morauo Fluuio nomen habet, Germanicè *Marhe*, quod etiam regioni nomen. Fuit olim Regnum ac ſatis florens ſub Imperio Conſtātinopolitano; ſed Imperio per Carolum magnum in Occidente reparato ſenſim defecit, & variante fortuna mox Polonis, mox Hungaris, mox Bohæmis ceſſit, in quorum ditione tandem remanſit. Regio feraciſſima, in quam olim graſſata eſt Huſſitarum hæreſis, & deinde Hæreſeos fæces omnes confluxerunt; ſed ab annis aliquot reſpirare cœpit: iam paret Auſtriaco.

Silesia nomen accepiſſe dicitur ab Elyſiis populis qui pars erant Lygiorum vt ſuprà monuimus. Hinc Equites fortiſſimi, Ottomanorum infenſiſſimi hoſtes. Olim ea regio Polonici iuris fuit, ſed cùm indigenæ ſe ſpretos putarent, ſpontè ad Bohæmos ante trecentos annos defecerunt. Nunc Auſtrium Dominū agnoſcunt.

Lusatia ita dicta eſt à ſaltibus quos Slaui vocant *Luzi*, eſt autem hæc regio Bilinguis, hîc Slauicè quidam, hîc Teutonicè loquuntur: dicitur aliter Marchia Orientalis, quia olim Marchionis Miſniæ fuit, ſed à Bohæmis vi occupata eſt: attamen ab anno 1623. Saxoni ab Imperatore reddita eſt, ob rem benè nauatam in bello Bohæmico.

§. 1. *Bohæmia, ſeu Boiohæmia*, la Prouince de Boheme, *Bohæmicè* Czeska-Zem.

Num. 1. *Iuriſdictiones Prouinciales, ſeu Regiæ, vulgò* Kraiſſ.

PRAGENSIS *de Prague*, Pragens-ko.	Praga: *Prague*, ad Fl. Vultanam, ſeu Muldauiā, *la Mulde*, vrbs ampliſſima, ſeu potiùs triplex, antiqua, noua, & parua: dicta eſſe perhibetur à voce Sclauica *Prah*, quæ *limitem* ſonat, de quâ multæ fabellæ circumferuntur.

CAVRZIMENSIS *de Kaurzim*, Kaurzisko.	CAVRZIMA: *Kaurzim*, ſic dicta quia fumo eius conditor ſignum aliquando dedit. Colina, ſeu Colonia Bohæmica à *Coli*, ſeu ſudibus dicta, & per ludibrium Iudæorum nidus. Broda Bohæmica: *le gué des Bohemiens*, vulgò *Drithsheonbrod*, à vado cruentato in pugna ciuili.
HRADECIENSIS *de Hradetz*, Hradesko.	HRADECIVM Reginæ: *Hradetz*, Germanis *Greiz*, ad confluentias Albis & Aquilæ, ſeu Vorlices *Vorlitz*, dotalis Reginæ eſt: à *muniendo* nomen accepit. Iaromierza: *Iaromierz*, vbi Albis Vpam fluuiolum haurit, à Iaromiro Principe. Bydzouium: *Bydchoſſa*, à Byzo conditore. Duurum, ſeu Curia Reginæ, *Duuro*: ſic dicta quia hîc Reginæ conuentus ſuos agebant.
CHRVDIMENSIS *de Chrudim*, Chrudimſko.	CHRVDIMA: *Chrudim*, à Chrudo conditore, aliter *Alta-Myta*, à ſyluâ candidâ: *Policzkam* denique à tendiculis vocatam nonnulli ſcribunt. Mons Cunaci: *Kunetieska*, propugnaculum munitum. Brundiſium, ſeu Brunduſium & Brandeiſum: *Brandeis*, ad Fl. Vorlicem. Pardubica arx: *Pardibik*, cum ſplendido egregiéque munito oppido, vnde commune prouerbium, ſplendet inſtar Pardubicij.
CZASLAVIENSIS *de Cz ſlauu*, Czaſlausko.	CZASLAVIA: *Czaſlauu*, à Czaſlauo conditore contra Morauorum excurſiones excitata, in quâ ſepultus Dux Huſſitarum Ziſca. Cutna: *Kutnahora*, ſeu *Hora*, Germanis *Cuttemberg*, prima poſt Pragam vrbs Bohæmiæ, à *Fodinis Scalptis* nomen accepit, Academia illuſtris. Broda Teutonica: *Gué des Allemans*, vulgò *Niemectzk-Brod*, ad Fl. Sarzauam à prædonibus Teutonicis nomen habet.
BRECHY-	BVDIEGOVICIVM: *Budueis*, aliter Budiegouicæ, egregiè munita ad Vultauam Fl. vrbs admodum Catholica.

NIENSIS *de Brechyn.* Brechynsko.	Taborum : *Thabor*, ſeu vt ſcribunt eius ciues *Hradſſtie Hori Tabor*, hoc eſt caſtrum montis Tabor, ab Huſſi diſcipulis caſtrum conditum, bellis Bohæmicis celeberrima vrbs, maximè ob Ioan. Ziſcam, aliter de *Troſnoun*, ad Fl. *Lutzuice* auriferum. Tyna : *Dein*, ſeu *Thein*, ad Fl. Vltauam. Roſenberga : *Roſenberg*, vnde familia potentiſſima. Henrici Hradecium : *Hradretz Henry*, ſeu Noua Domus, vrbs ampla, cum Collegio Soc. noſtræ. Bechynia : *Bechyn*, arx munitiſſima à primis olim regibus condita, bello Taboritano nota, nomen dedit regioni.
VLTA-VIENSIS *de Vultauu*, Wltauuſko.	SEDESSÆ : *Sedlczan*, primarium oppidum huius tractus, non tamen regia vrbs. Neuecklouum : *Neuuecklouu*, quod communi parœmia etiam Dæmoni exoſum dicitur ; de quo multa fabuloſè indigenæ narrant.
PODE-BROD-CENSIS *de Podebrod*, Podbroſko.	BERAVNA : *Berauu* Bohæmis, Germanis *Berne*, ad Fl. Miſam, ſic dicta à latronibus hîc inſidentibus, antea *Slauuoſſouu*. Carloſtena : *Karlſtein*, arx inexpugnabilis à Carolo Cæſare condita, & dicta anno 1348. vbi Corona, & ornamenta Regni nunc ſeruantur.
PRA-CHENSIS *de Prachen*, Prakenſko.	PISECA : *Piſek*, ad Vatauam Fl. *le Votaue*, malè à Bucquouio noſtro ſeculo accepta. Suſſice, ſeu Suticium : *Sußik*, à purgatoribus auri nomen habuit. Vodnana : *Vodnani*, Germanicè *Budna*, ad Fl. Blauicem.
PILSNEN-SIS *de Pilſen*, Pilſenſko.	PILSNA : *Pilſen*, vrbs lauta Huſſitarum bello clariſſima. Clatouia, vel Glatouia : *Glatauu*. Tuſta : *Tauſſ* Germanicè, *Domazlice* Bohæmis, ab Othone condita in ſyluâ verſus Bauariam. Argentina Bohæmica : *Meiſſ* Germanis, Bohæmis *Strzibro*.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LVCENSIS, VEL ZATECENSIS *de Zatek*, Ziateksko.	ZATECIVM, ſeu Lucum: *Zatek*, Germanicè *Satz*, ad Fl. Egrum, vel Oegrum, vulgò *Ohrzes*. Moſta, ſeu Pons, Germanicè *Bruchs*, ſeu *Bryk*, Hungaricè *Moſt*, ad Fl. Bilinam. Launa: *Launy*, ad Fl. Oegrum à latronibus dicta ex pago vrbs. Cadana: *Cadan*, cuius ceruiſia laudatur. Catharinæ mons: *Catharinaberg*.
RACOVNICENSIS *de Racoun*, Racouuiſko.	RACOVNICVM, ſeu Racona: *Racoun*, ſeu *Racounik*, nomen habet à Cancro *Rak*, eius inſigni. Krzinodedum, Germanis *Burg-leyſa*, carcer virorum magnorum, vbi & Regia ſuppellex aſſeruatur, infra arcem oppidum Straſſecium *Straſſck*.
SLANENSIS *de Schan*, Schansko.	SLANA: *Schlan*, ob fontem ſalſum Bohæmicè *Schlanei-Vrch*, hoc eſt mons ſalis, quia ex eo monte fons ſalſus erumpit. Veluarium, ſeu Veluaræ: *Vveluary*. Specula mons: *Zrzit*, in cuius vertice ædicula S. Georgij, vbi prima regni comitia celebrata ſunt.
LITOMIERZICENSIS *de Leutzmeritz*, Litomierzisko.	LITOMIERZICÆ: *Leutzmeritz*, ſeu *Leitomeritz* Germanis, Hungaris *Litomierz* à Litomiero conditore: huius vina celebrantur. Vſta: *Auſtig*, Germanis *Auſſy*, vel *Vſſy*, ad Albim pugna inter Germanos, & Bohæmos inclyta. Melnikum: *Melnik*, arduo in colle ſita ad Albim.
BOLESLAVIENSIS *de Boleſlau*, Boleſlauuſko.	NYMBVRGVM: *Nymbourg*, antea *Suini-broda* dicta, ad Albis, & Merlinæ confluentias. Boleſlauia vetus: *Boleſlau*, ad Albim in vmbilico Bohæmiæ, à Boleſlao Sæuo exornata. Boleſlauia noua in colle *Hrobka*, à Boleſlao Leni, vel Pio condita ad Giſeram Fl. Montes Gigantum: *R benzál*, ſic dicti, quia per Cacodæmones infeſtantur, aliter Niuoſi nominantur.

NVM. 2. *Iuriſdictiones Limitaneæ.*

COMITATVS GLADSCANVS *Comté de Glatz*, Clatzko.	GLACIVM: *Glatz*, ſeu *Cladſco*, à trabe nomen accepit, quia hîc trabes deponebantur. In colle habet arcem, & hâc Fl. Nyſſa irrigat: modò Bohæmici, modò Polonici iuris.
HEBANA Prouincia, ſeu OEGRANA, *Territoire d'Eger*, Hebsko.	OEGRA: *Eger*, in regione fœcundiſſimâ vbi horti peramœni ad Fl. cognominem: hîc Comitia ſæpe celebrata ſunt.
LOCTENSIS TRACTVS *Territoire d'Elbogen*, Loketsko.	LOCTA, ſeu Cubitus *Loket* Bohæmicè, *Elbogen* Germanicè, cum arce in colle, planè inexpugnabilis, montibus vndique vallata, ad Fl. *Eger*. Thermæ Carolinæ: *Vvary*, vbi aquæ vehementer calidæ, & ſalutares. Hic tractus ex Palatinatu Bauariæ decerptus eſt.

§. 2. *Sileſia* la Sileſie, *Germanicè* Schleſien.

NVM. I. *Inferior diuiſa in octo Ducatus, & tres Comitatus.*

DVCATVS GROSSENSIS	Croſſa: *Croſſen*, vbi Fl. *Bober* cadit in Oderam: *Oder* autem Sclauicè eſt Fiber *vn Caſtor*, qui in hoc Fluuio capitur: oppignerata eſt Brandeburgico, neque redempta ad hoc vſque tempus.
DVCATVS GLOGOVIENSIS in 7. circu-	Glogauia maior: *Gros-Glogau*, hoc eſt *le grand Glogauu*, ſita eſt ad Fl. Viadrum *l'Oder*, & eius partem ſibi Polonus vendicat. Gurauia: *Gurauu*, in regione admodum riguâ collocata. Bolkouitia: *Bolkouitz*, in montanis ſita. Sprottauia: *Sprottau*, vbi metallicæ ferri nobiles ad Fl. Sprotam, *Sprota*. Friſtadiũ, ſeu Eleutheropolis nomen habet à liberis cãpis & patẽtibus: *Friſtad*, ad eã Sal effoditur ad Fl. *Siger*.